



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

II. Ecclesia Gallicana apud Gregorium Magnum; quæ deinceps ab omnibus scriptoribus celebrata. Aliquando regiam dignitatem significatione sua complectitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15591

cefeos ad exemplum Iudicum & Honoratorum concesserunt ut non solum in singularum provinciarum synodis, sed etiam in generali totius Diecefeos synodo in unum corpus, jure ordinario, sine mandato speciali, coire possent. Quod egregie probatur à lege inserta Codici Theodosiano, cujus hæc sunt verba: *Qui mos est causarum civilium, iidem in negotiis ecclesiasticis obtinendi sunt; ut si qua sint ex quibusdam dissensionibus levibusque delictis ad religionis observantiam pertinentia, locis suis & à sua Diecefeos synodis audiantur.* Hujus loci sensum scholio suo Anianus perturbavit, cum synodum Diecefeos pro uniuscujusque Episcopi conventu capi existimavit. Absurdè, ut dixi; cum integræ & solidæ Diecefeos synodum hîc pro more Imperij intelligi oporteat. Hæc Diecefeon & regionum synodos Concilium Constantinopolitanum aliquot annis postea (scilicet anno CCLXXXI.) canone suo confirmavit. Ex ea Diecefeon divisione manavit mos ille, ut Episcopi non amplius provinciis tantum distinguerentur, sed Diecefibus, & Conciliis Diecefeon. Inde frequens mentio Episcoporum Illyrici, Italiae, Hispaniae, & Africae. Inde etiam Galliarum seu mavis *Gallicani Episcopi* passim occurrunt, etiam ante constitutas synodos generales Diecefeon; quia scilicet extraordinario Principum imperio in unum conventum aliquando cogebantur. Cujus rei probationem petere possumus à Concilio Parisiensi anno CCLXXII. cujus epistola synodica ad Orientales Episcopos damnatum à se fuisse Concilium Ariminense & Saturninum Episcopum Arelatensem docet, his verbis: *Saturninum excommunicatum ab omnibus Gallicanis Episcopis caritas vestra cognoscat.* Concilij etiam Gallicani meminit synodus Illyrici habita anno CCLXXVII. iis literis quas ad synodum Asianam dedit; quibus testatur se omnino eadem sentire de fide cum duobus Conciliis; quorum alterum *Roma*, alterum *habebatur in Gallia*. Et ne singula testimonia singillatim persequendo tardium lectoribus adferam, sufficere observasse, *Galliarum Episcopos*, aut *Gallicanos*, seu *per Gallias constitutos*, à Pontificibus Romanis dici eos qui Galliarum Diecefeon continerentur, & à ceteris Diecefibus Occidentis, scilicet Hispaniae, Africae, Italiae, & Illyrici, distinguerentur; ut videre est in Concilio Tauritanensi, & in epistolis Zozimi, Celestini, Novella Valentini, Leonis & Gelasij epistolis. Meminit etiam Gallicanarum Ecclesiarum Hilarus Papa anno quadringentesimo sexagesimo secundo.

II. Obscurius deinde Gallicanæ Diecefeos nomen fuit; quia ob diversa Francorum, Burgundionum, Wisigothorum, & Italiae regna, in plures partes discripta fuit. Emerfit tamen iterum felicioribus auspiciis sub Ecclesiæ Gallicanæ appellatione, ut eam vocavit Gregorius Magnus in epistola ad Augustinum Anglorum Episcopum: *Sed mihi placet, inquit, ut sive in Romana, sive in Gallicana, sive in qualibet Ecclesia aliquid invenisti, quod plus omnipotenti Deo placere possit, sollicitè eligas.* Gratianus legit *Gallicanum*; sed apud Ivonem extat vera lectio, *Gallicana*. Ab omnibus deinde scriptoribus celebratum est Ecclesiæ Gallicanæ nomen: quo usi sunt passim, non solum nostri Fulbertus & Ivo Carnotenses Episcopi, Sugerius Abbas, Arnulphus Lexoviensis, Stephanus Tornacensis, sed etiam exteri, Otto Frisingensis, Ioannes Sarisberiensis, Thomas Cantuariensis, Matthæus Paris, & ipsi Summi Pontifices in Decretalibus suis Alexander & Innocentius III. quorum testimonia laudata sunt à viris eruditissimis. Porro Ecclesia Gallicana non solum episcopalem, sed etiam aliquando ipsam regiam dignitatem complectitur, ut monui capite primo libri secundi. Eo sensu accipiendus est auctor vitæ S. Bernardi, cum Innocentium secundum à Gallicana Ecclesia susceptum scribit. quod factum fuit convocato à Rege Stampensi Concilio, in quo Bernardi monitu damnatus est Anacletus Antipapa de sententia Regis, Episcoporum, & regni procerum.

III. Superest ut perspiciamus quid sibi velit famosa illa Ecclesiæ Gallicanæ Libertas: quæ, ut disputatio manifestior evadat, à capite est arcessenda. Libertas Ecclesiæ in varias significationes diffunditur, pro temporum & rerum diversitate. Ac Christianorum quidem omnium libertatem aliquando complexa, duo quædam significat, & liberationem à peccato, apud Ioannem, *Si vos filius liberaverit, verè liberi eritis*, & à Mosaicæ Legis rigida observatione, apud Paulum. Hic enim, post expositum libertatis hujus typum in Sara & Agar, concludit ad extremum: *Non sumus ancilla filij, sed liberæ. Quæ libertate igitur Christus nos liberavit, in castitate, & nolite rursus iugo servitutis contineri.* Deinde liberam conveniendi ad cultum Dei & ad synodos facultatem, & munus immunitatem ab Imperatoribus concessam, Eusebius, Optatus, & ceteri antiquiores Libertatem Ecclesiæ vocaverunt. Unde tandem effectum ut privilegia Clericis aut Ecclesiis à Principibus indulta, *Libertates* dicerentur; ut videre est passim in

L. 11. C. Theod.
de Ep. & Clero.

Concil. Parisiense.

Theodor. 1. 4. c. 8.
quæst. 77. c. 10. ubi dicitur
quod etiam in Gallia
et in Italia, et in
Hispania, et in Africa,
et in Italia, et in
Hispania, et in Africa,
et in Italia, et in
Hispania, et in Africa,

Conc. Taurin. in
Præfatione. 197.
Zozimus ep. 5. &
6. an. 117.
Celest. ep. an. 431.
Nov. Valent. an.
441.
Leo ep. 52. 55.
an. 411.
Gelasius ep. 11.
an. 494.
Hilarus ep. 6.

Apud Gratianum
Nov. 11. c. 10.

Ivo Durrant.
c. 80.

Tom. 1. Lib. 1.
Eccles. Gallic. 1.
p. 647. ad p. 648.

Bern. Abbat. in
vita S. Bernardi. l. 1.
c. 7. ubi dicitur
quod etiam in Gallia,
et in Italia, et in
Hispania, et in Africa,
et in Italia, et in
Hispania, et in Africa,

Vide lib. 4. c. 10.
S. 4.

Ioan. c. 1.

Galat. c. 4.